

obire volenti, quandoque expertam sic adhuc ratam fore. Quapropter subnixis precibus imploro, rogo, deprecor, quatinus mihi germanam meam mittere velitis, quam in loco nostro, qui dicitur Bünrot, ob eiusdem loci presidium inter alias dominas ponere castamque deo adiuvante curamus. Valete.

5

152.

Landgraf Ludwig beklagt sich bei dem Abt Rudolf von Reinhardsbrunn über seinen Bruder Ludwig, daß derselbe, zum Mönch bestimmt, sich dieser Bestimmung nicht fügen wolle. [1139—1141.]

*Hdschr.: Kop. Perg. Form. epist. (Saec. XII.) fol. 18^b. Bibliothek Pommersfelden. Phot. H. St. A.
Gedr.: Oesterr. Archiv. 1850. Bd. 2. Heft 1. S. 32.*

10 *Anm.: Abt Rudolf wird gegen 1139 Abt von Reinhardsbrunn und stirbt 1141 (Möller, Reinhardsbrunn 20).*

Lantgravius L[udovicus] R[udolfo] abbati in Reinheresbrunnun universeque congregationi eiusdem loci dilectionem cum summa devocione. Cum parentum meorum emulatione semper ad vestre congregationis provectum summopere studuerim, cum presertim, quemcunque deus pro se relinquenda inspiraret, vestro proventui specialiter desina-
15 verim, nec solum delinquit, qui mihi aversionis obicit occasionem, verum apud deum et homines presignat excusationem. Quilibet autem vestrum super propriam super hac re probet conscientiam, non vel incuso vel excuso quemquam. Si familiaritatis gratia vos invisere quandoque proposui, principi quidem cuicunque debita karitas publice susceptionis mihi nunquam fuit a vobis exhibita, sed quo credidi vos exhilarari, eo sensi conturbari.
20 Preterea quidam videmini novam conformare materiam, ex quo gravem adversum me quandoque faciatis emergere calumpniam, frater meus L[udovicus], quem optuli deo, lege monastica, vestro consilio et veste et tonsura abstinet monachica. Scilicet id tantum temeritati sue deputabitur, quod aspirare nullo modo presumpserit, quia eum ex communi favor illexerit. Pro his igitur si me talem, qualem reddidistis, vobis exhibuero, apud deum et
25 eius genitricem ipsis propiciantibus excusabilis ero, dum bone voluntatis meę fructum non invenero.

153.

Abt R(udolf) von Reinhardsbrunn bittet zugleich im Auftrage des Landgrafen (Ludwig II.?) den Abt E. von Volkenrode, den zum Tode erkrankten Adelbert unterstützen zu wollen. [1139—1141.]

30 *Hdschr.: Kop. Perg. Form. epist. (Saec. XII.) fol. 37^b. Bibliothek Pommersfelden. Phot. H. St. A.
Gedr.: Oesterr. Archiv. 1850. Bd. 2. Heft 1. S. 51.
Anm.: Wegen der Datirung vergl. No. 152.*

R[udolfus] dei gratia Reinheresbrunnensium fratrum qualiscunque provisor. E. abbati venerando sanctoque Volcoldensium fratrum collegio devotas orationes cum omni
35 dilectionis obsequio. Adelberto illi vobis quondam professo, qui, si licuisset, ovili dominico apud nos iam dudum intronizari voluisset, gravis infirmitas iam mortem minatur, pro quo nos nostraque congregatio una cum lantgrafio paternitatem vestram iterum atque iterum intime precamur, quatinus respectu divine clementię, que omnes homines vult salvos fieri